



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-415886-p0001-9

DFG

8821

1770, 22.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
A N
FILIVS LEGITIMATVS
SVCCEDAT PATRI REFRACTARIO
AD COPVLAM SACERDOTA-
LEM COACTO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE III. OCTOBR. ANNO CICICCLXX.

DEFENDET

FRIDERICVS THEOPHILVS HAGENDORN

GORLIT. LVSAT.

L I P S I A E
LITERIS R V M P F I I S.



CAVATIO

VARIS CONTRARIO

SCAMANDRATUR
SCAMANDRATUR
AD COPULAM VERSATOR
PER COGITO

MAT

LEVISSIMO TOTUM QVIRIS GRATIA

EGO

D. CHRISTIANO HENR. BREUINNO

IN AEROTROPIA FALCINO

PROSPERITATE VITAE VITAE

SCAMANDRATUR HAGMUNDI

1621

EGO





AN
FILIUS LEGITIMATVS
SYCCEDAT
PATRI REFRACTARIO AD COPV-
LAM SACERDOTALEM
COACTO.


§. I.



Sonsalibus plerumque eam tribuunt vim
atque obligationem, vt alter dissen-
tiens possit cogi ad promissum matri-
monium consumandum. Neque est,
quod obiciamus. Conuentio enim perficit sponsalia, et,
cum pacta sint seruanda, atque is, qui, quod libere antea
promisit, adimplere postea recusat, recte cogendus est
ad fidem semel datam seruandam: quid impedit, quo
minus vniuersit ex despensatis, qui fidem datam retractatu-
rus est, cogatur ad adimplendam conuentione m de ma-

A 2

trimo-



rimonio consumando sponte antea initam. Non ergo est, quod tantopere taxemus ALEXANDRVM III. in c. 10. X. de Sponsal. qui censura cogendum refractarium censet. Ait: *Quia igitur praedicto G. periculoso est, contra suum iuramentum venire. Fraternitati tuae mandamus, quatenus, si hoc tibi consiliterit, eum moneas: et si non acquiescerit monitis, ecclesiastica censura compellas, ut ipsam, nisi rationabilis causa obstiterit, in uxorem recipiat et maritali affectione pertrahat.* Cum enim ob celebritatem religiosam suum fecisset negotium matrimoniorum causas ecclesia Christiana, ex illius rationibus censura ecclesiastica optimum videri poterat cogendi medium, cum refractarius ex vniuersalibus praeceptis cogi posset ad adimplenda promissa.

§. II.

Quam bene vero conueniat iuris rationibus coactio ad adimplendum promissum in sponsalibus datum; tamen benigniorem rationem sequebatur LVCIVS III. in cap. 17. X. de Spons. qui rescribebat, cum de refractaria causa ad eum deferreretur: *Ad quod breuiter responderemus, quod cum libera debent esse matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.* Improbat itaque coactionem ad consumandum matrimonium in sponsalibus adeo iuramento confirmatis. Neque Protestantes, qui alias in variis iuris capitibus sua habent dogmata, in hoc iure dissentient, potius libera matrimonia esse debere arbitrantur, neque, nisi singulares causae suadent, coactionem ad consumanda promissa in sponsalibus adhibendam censem. Inter eas tamen causas, ex quibus coactio comprobatur, refertur vel quando stuprator stupratum vel dotare nol. vel non possit, vel sponsalia copula carnali firmata fuerint.

§. III.

§. III.

Hinc apud nostrates, si despontatae personae copulam carnalem anticipauerint, coram iudicio adeo seculari cogi possunt ad consumandum matrimonium per copulam sacerdotalem, quorsum refertur *Rescriptum IOH. GEORGII I. d. d. 15. Ian. 1634.* Verba adscribamus: Uns ist euer unterthänigster Bericht wegen der Copulation, so in der Gerichts-Stuben zu Leipzig durch einen Diaconum auf Begehrungen d. ver. Gerichte geschehen, fürgetragen worden. Ob nun zwar sonst dergleichen Actus in der Kirchen billig verrichtet werden; dieweit es aber eine andere Beschaffheit hat, mit solchen Personen, die mit Vertröstung der Ehe geschwängert werden, und die Delinquenten durch Gerichts-Zwang zu Vollziehung der Ehe anzuhalten, der Rath auch es eine lange Zeit also hergebracht, und an andern Orten es in unsern Landen nicht unbrauchlich, so begehrn wir hiermit gnädigst; Ihr werdet denen Gerichten bey euch in solchen Executions Fällen, keinen fernern Inhalt thun, sondern dem Superintendenten befehlen, daß er sich dieser unsrer Resolution gemäß bezeige; Jedoch vergestalt, daß die Diaconi nicht, ohne seinen Vorbewußt immediate, sondern jedesmahl durch ihn zur Copulation begehret werden. Et in eum finem, si refractarius ad copulam sacerdotalem cogendus, in ipso actu nolleth consentire Elector CHRISTIANVS II. d. d. 10. April. 1607. rescripto formulam praescripsit, qua dissentiens refractarius copulandus sit.

§. IV.

Iam dabimus, Titiam spe matrimonii esse a sposo impregnatam, cogi postea sponsum, cum absque iusta et idonea causa nolleth adimplere promissa sponsalia consumando matrimonium, autoritate iudicis per copulam sacerdotalem, vt Titiam coniugem agnoscat, dubium non



est, partum in vtero iam existentem vel etiam iam sputum natum, ipsa copulatione adhibita, statim legitimari, atque illam nativitatis illegitimae maculam, quam populares innocentia affingunt, abstergi. Sed iam quaeritur, an et patri succedat mortuo. De iure ciuili, si quaestio decidenda, vix dubium, cum IVSTINIANVS in L. f. C. de natura liber. et §. vlt. I. de Nupt. legitimatis per subsequens matrimonium omnia iura legitimorum, inter quae est quoque ius succedendi patri, tribuat. Sed, si de patro iure quaestio decidenda sit, dubia fit causa.

§. V.

Constat inter omnes, Germanos non solo ritu conubiali, qui copula sacerdotali peragitur, contentos esse in iustitia matrimonii iudicanda, nec solum consensum facere nuptias, sed adscensum thorum coniugalem ad perficiendum matrimonium requiri, quo effectus demum legitimos producat. Dubitatio itaque oritur: *an sola benedictione inter nostrates legitimatio perficiatur ad effectum successionis?* Causa dubitationis exinde deditur, quod haud raro contingat, vt, si ad consumandum matrimonium refractorius cogatur, eo inuitu adhibita copula sacerdotali, ipse, peracto hoc actu, discedat, neque, quod iam inchoauerat matrimonium, adscenso thoro coniugali perficiat. Nam vero, cum effectus matrimonii pendeant ab hac simul celebritate germanica seu symbolo illo captae possessionis in thoro coniugali, videri posset, legitimationem illam non ex omni parte perfectam et absolutam esse, maxime, quo ad eam successionalis partem, quae non ex peregrino iure, sed ex patriis moribus et institutis dijudicatur, vt. potest in Heergewetta. Sicut enim in successione viduae, si nondum adscensus sit thorus nuptialis, vix sequantur lucta ex pacto nuptiali prouenientia vel etiam statuto ordinata

❀ + ❀

nata portio, quam romana lex ignorat, cum matrimonium nondum perfectum habeatur ex patriis institutis; legitimatio vero consideretur effectus matrimonii, quod perfectum esse debet, si effectum producat, ita dubitari poterit, an partus hac specie legitimatus possit admitti ad successionem, cum matrimonium ante thorum adscensum vix popularibus perfectum habeatur.

7

§. VI.

Sed salua res est. Si maritus ille nouus antea refractarius ad consumandum matrimonium copula sacerdotali coactus, postea cum coniuge vixerit, nihil est, quod moneamus. Sin vero deserat ante perfectum matrimonium, tamen nulla subest iusta causa, cur partui tanquam perfecte legitimato successionem omnem negemus. Nam I. Legitimatio apud nostrates recepta est ex peregrino iure, imo, quidquid etiam de legitimatione per pallam altaris dicant, legitimatio, deposita toga, bracas induisse videtur. Iudicanda itaque est ex solo peregrino iure, cumque ex illa lege nihil requiratur, quam dotalia instrumenta, quae loco rituum nuptialium erant, in eorum vero locum substituta copula sacerdotalis consequens est, statim perfectam esse debere legitimationem, simul ac utriusque coniuges copulati sint a parocho. II. Si nouus ille maritus deserat coniugem ad sociatam, magis iam delinquit, quam quod excusationem mereatur. Nam vero, quis poterit adfirmare, patrem dolo suo atque consumaciam posse matrimonii effectus legitimatos tollere. Ipsi parenti tribuendum, quod non perficiat matrimonium, cum posset, neque vero partui patris dolus imputabitur, quem adhibet effugiendo thorum coniugale. Reete ergo, cum solennitas primaria in benedictione ecclesiastica posita,



sita, quamque ciuitas agnoscit, adhibita, partus legitimatus erit, simulque pars factus familiae patris sui, ut exinde successionis iura recte obtineat. III. Post copulam sacerdotalem deberet perfectum iudicari matrimonium ex omni parte, licet statim post eam deserat nouam nuptiam, quod adscensio thori anticipata videtur. Sicut enim legitimatio fictionem continet, ac si partus post perfectum matrimonium genitus sit, ita et recte singimus, adscensum esse thorum post copulam, atque ex illo coitu prognatum filium iam legitimatum. Neque obstat, quod anticipatio, cum delictum sit, haud debeat attendi: Cum enim anticipatio multa plegetur, satis fit reipublicae, et copula sacerdotalis detrahit postea de ea, quidquid delicti inest. Ex his itaque rationibus patri refractario succedit filius, non tantum ex iure communi, verum et in iis bonis, quae germanico iure debentur.

T A N T V M .



VD18

ULB Halle
007 208 200

3



B.I.G.

Black
3/Color

Magenta
White

Red

Yellow
Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches

Farbkarte #13

8821
1770, 22.
**QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
A N
FILIVS LEGITIMATVS
SVCCEDAT PATRI REFRACTARIO
AD COPVLAM SACERDOTA-
LEM COACTO**
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO
IN AVDITORIO PETRINO
DIE III. OCTOBR. ANNO CICDICCLXX.
DEFENDET
FRIDERICVS THEOPHILVS HAGENDORN
GORLIT. LVSAT.

**LIPSIAE
LITERIS RVM PFIIS.**

